e-codices



Generaſ controuerſiarū xiiii · De poſitione terminorum · De rigore · De fine · De loco · De domo proprietatiſ · De poſ
ſeſſione · De allubione · De iure territorii · De ſubſiciuiſ agriſ · De locis publicis · De locis relictis & extra
cluſiſ · De locis ſacriſ ac religioſiſ · De aquę pluuię acceſſu & de itineribus; DE POSITIONE TERMINORUM·

Controuerſia eſt inter duos pluresq. uicinos · Inter duos an in rigore ſit ceterorum · ſiue rationis inter plures
trifinium facit aliquibus; locis & quadrifinium ſecundum proximas poſſeſſiones · dum hoc neſciant · non eis conuenit · &
diuerſas controuerſias ipſi poſſeſſores inter ſe faciunt · Alii de loco · alii uero de fine · lineę litigant · alii
de fundis attendunt · Sed aut quomodo querendum eſt · prius origo cauſę · Nam per hereditates opinionis
huiuſ generis controuerſiae ſiunt · Quare · iure ordinario litigatur · Prius tamen in iudicio ſuper poſſeſſione
queſtio finiatur · & tunc agri menſor ad loca ire precipiatur · ut patefacta ueritate huiuſmodi litigium terminetur ·

DE ALLUVIONE·

Genera controuerſiarum ex flumine hec ſunt · non quod de occupatis agris agitur ·
ſed quod uis aquę abſtulerit · repetitionem non habebit · Que res neceſſitate ripae muniendae ſ. ſine alte
rius damno quiſquis ille faciat qui ripam ſuam muniet · Quod ſi fluminis torrens aliquando tam uiolentius
decurrerit ut alueum mutet ſuum multorum agros tranſ ripam occupat · Sepe etiam inſulas efficiet ·
Sed caſſius longinus prudentiſſimus iuris auctor · iudex hoc ſtatuit · ut quicquid aqua lambiendo abſtulerit
poſſeſſor amittet · Quoniam ſcilicet ripam ſuam ſine alterius damno tueri debet · Si uero maior uis decurrerit
& in fines alterius alueum mutat ſuum & fiat inſula in quo occurrerit · unuſquiſq. modum fluminis maioris
agnoſcere debet · & tamen inſola ipſe ſibi uendicabit · ubi uero terra tempeſtatiue preoccupauit · Quoniam non poſſeſ
ſoris neglegentia ſed tempeſtatis uiolentia apparet abreptum ·

DE SUBSICIUIS AGRIS·

Ager ſubſiciuus · ſecundum ſuas determinationes aſſcriptus eſt in finibus; ſuis tabulario ceſaris inferimus ·
& quod beneficio conceſſa aut aſſignata colonię fuerint ſiue in proximo ſiue inter alias ciuitates libros
beneficiorum aſſcribimus · & quicquid aliud ad inſtrumentum menſorum pertinebit ad ſolum coloniae · Sed &
tabularium ceſaris manu conditoris ſubſcriptum habebit · (rei debe)

Ager eſt ſimilis ſubſiciuorum conditionis extra cluſus & non
aſſignatus · quaſi rei publicę populo romano aut ipſius
colonię cuius finem circum datur aut ad populum romanum
pertinet · datus non eſt · in eius qui aſſignare potuerit
romanę poteſtate · Signa limitum finalium indi
uerſas regiones ſiue uocabula · uicos uel poſſeſſiones hec ſunt · inter utroſq. poſſeſſores teſtimo
nia agralia diuidenda · In montibus; loca arida & confragoſa petras ſignatas inuenimus ·
Summa montium terminos auguſteos id eſt rotundos in effigiem columnę aliquos litterā ſignatos · arcas finales
in portibus; grumos id eſt congeriem petrarum · arbores antemiſſos intactas a ferro · congeriem
macerię id eſt ubi ſaxa collecta ab utriſq. partibus; limite fac · item petras ſacrificia (leſaras) in quibus; locis
arbores intactas ſtare uidentur · in quo loco ueteros errantes ſacrificium facerebant · Alia loca uidet multa
res finem faciunt quo termino muniuntur · Alia uero deflexa montium id eſt per latere montis ripę currentes
finem faciunt · Aliquando ſepulchra finem faciunt · Ideo ſepulchra ſequendas ſunt quę extremis finibus
concurrentibus; plures concurſus agrorum expectant · Omnia enim monumenta dominos teſtantur · Sunt
termini curſorii in effigiem tituli conſtituti · Certa loca riui finales cunabulę uel nouerace (tre) quod tegulis
conſtruuntur · Scorpiones · ubi duo fines cuneati ſe iungunt · ſi forte in campeſtria loca ubi agri in plani
tie ſunt conſtituti · in iugeribus; adſignata inueniuntur · item inter uoratos ripis arboribus; antemiſſis intactis ut ſupra
dixi ſacrificales · tumor terrę in effigiem limitis conſtitutos · petras molares · foueas · uel metas · lacos ·
& legonatos · & fabricas conſtructos calamones · aliquotiens etiam petras quadratas & ſcriptas qui indicant

tota pu ... 
tota pulcra es amica ...

Licenza: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 4 – Boetii geometria et musica (http://www.e-codices.ch/it/sbe/0298/4)